ior et sic deinceps // Sed diceretis libenter vellem conteri sed dolor non vult intrare cor meum quid ergo faciam de peccatis Respondeo ut dicunt communiter doctores quod debes dolere de duricia tua et implorare debes dei auxilium qui semper paratus est tibi cooperari in bono et etiam virgo maria. sanctos apostolos. et alios sanctos. et devotos homines ut illi intercedant pro te. et impetrent tibi gratiam conterendi. Quarto requiritur quod homo habeat firmum propositum non recidendi in priora peccata nec etiam in alia quocumque et etiam propositum confitendi et satisfaciendi Quinto requiritur motus liber in deum diligendo super omnia etiam. Et sic requiritur ad iustificationem impij secundum omnes doctores Unde ille motus in deum liber. secundum sanctum thomam tercia parte. q. octava. naturaliter potest motus voluntatis in peccata et est etiam causa. Ita quod dilectio dei actualis super omnia in ipso penitente sit causa detestacionis peccatoris finaliter propter deum in quantum sunt dei offensa. et contra ipsius honorem facta. Unde in generatione peccati prior est conversio quam aversio. cum conversio causet aversionem Ita in eius destructione prior est conversio ad deum. per liber. ar. quam conversio a creatura per detestacionem peccatorum. quod enim primum est in compositione. ultimum est in resolutione. et sic in conversione impij sunt duo motus scilicet liber. ar. dispositio in gratie infusione et contritionis dispositio per culpam expulsiorem. Et sic concurrunt ibi amor et dolor qui sunt duo molares quibus peccatum conteritur Sexto requiritur attritio que est principium contritionis que est diligens discussio conscientie et distincta cogitacio omnium peccatorum mortalium de quibus homo prius non est sufficienter contritus

am circumstantijs aggravantibus et maxime in aliud genus peccati trahentibus. et includit attritio quincque precedencia que requiruntur dispositivae ad habendum contritionem veram // Quibus tunc sic positis quantum est ex parte hominis se ad contritionem disponens deus facit quod in se est. et dimittit culpam. et infundit gratiam sic scilicet quod ille actus qui in anima fuit attritio posito quod maneat adveniēte gratia. aut caritate sit contritio. quia formatur sicut color adveniēte luce decoratur aut posito quod non maneat infunditur habitus gracialis Nota tamen quod deus non preceperit ex valore contritionis remittit penitenti omnia peccata sua sed propter meritum passionis christi quia contritio aut attritio nostra brevis aut modica est et sic ex se non est sufficiens satisfactio pro mortali peccato quo dando infinite malicie et ergo contritio sortitur effectum ex merito christi // Sed diceretis sepe impossibile est quod illa vi que dicta sunt concurrant in penitente quia sepe instat periculum mortis puta maris ignis aut huiusmodi Ibi dicitur quod tunc sufficit contritio generalis momentanea de omnibus peccatis in communi. quia deus non requirit ab homine quod non potest. unde dicit ezechielis. xvij. quocumque hora ingemuerit peccator et conversus fuerit vita vivet. et non morietur. Ex quo patet quod deus a simplici christiano etiam non exigit omnia. vi. posita in particulari sed sufficit quod in generali omnia et in speciali quantum sibi possibile est faciat conterendo etc. Quartum scilicet libertatis concessio est in iubileo nostro. Nam indulgentia plenaria cum extendat se ut supra diximus et ad culpam et ad penam due servitates hominis tolluntur Prima erat qua homo per peccatum erat servus dyaboli qui tollit per contritionem confessionem et altera qua obligatus fuit ad penam temporalem

In quam pena eterna propter mortale peccatum commutata in contritione sunt. et illa tollitur plenissime per indulgentiam iubilaei. Quintum scilicet alienatarum possessionum restitutio et fit in iubileo nostro quia remissa culpa per gratiam contritionis virtutes hominibus restituntur quas peccando amiserunt Sextum scilicet regressio hominis ad propriam possessionem seu patriam conceditur in iubileo nostro quoniam si quis vere contritus et confessus est adimpleta peregrinatione sua moritur si nichil aliud obest in dubie in celestem patriam que paradisius est evolare credendus est Iste positus dicendum est ad rationes in contrarium questiois factas Ad primam quando arguebatur quod non quia potestas non est ministris ecclesie tradita in destructionem etc. Sed dare sic indifferenter omnibus venientibus romam et visitantibus certas ecclesias etc. Dicendum secundum sanctum thomam negando minoram quia secundum eum maius remedium datur contra predicta vitanda ex gratia quas ex assuetudine nostrorum operum Et quia ex affectu quem accipiens indulgentiam concipit ad causam pro qua indulgentia datur ad gratiam disponitur Ideo etiam per indulgentiam remedium ad peccata vitanda datur et ideo non est in destructionem; indulgentias dare nisi inordinate datur. tamen consulendum est eis qui indulgentiam consequuntur. Ne propter hoc ab operibus penitencie iniunctis absoluti abstineant ut etiam ex his remedium consequantur quantumvis a debito pene sint immunes. et precipue quia quandoque sunt plurium debitores quam credunt. Ad secundam quando arguebatur dare alicui licentiam peccandi est malum etc. scilicet ex homini Ita generali indulgentia que datur in iubileo videtur dari fidelibus licentiam peccandi

Deo 3^o q^o de attritio p^o 3^o

De sufficit p^o 3^o q^o de attritio p^o 3^o

De indulgentia dicitur quod homo tollitur

dicendum itez negado minorem quia ecclesia non facit indulgentiam ut det licentiam peccandi sed facit p bono subditoy. et si ex illo bono aliqui assumat occasione malefaciendi non oportet ecclesie imputari qz scdz angustinu absit ut si ex his que ppter bonu vestru facimus aliquid mali acciderit ut nobis imputetur Ex quo inferitur correlarium q illi qui pterito indulgentie id est confidentes in indulgentia commiserint aliquid crimen non psumt indulgentie patet quia de suo malo nullus debet reportare comodum et tangunt doctores circa. c. qd autem. et. c. nostro de pe. et re. ubi etiam tangitur quid sit indulgentia. quot duplex sit quis concedere possit. de effectu ei. Ad tertiam respondetur sicut ad secundam quia ecclesia p indulgentiam quam facit nulli intendit dare licentiam vagandi aut dissolvendi sed licentiam posse consequendi participacionem tanti thesauri Si vero quis inde sumit materiam euagandi Imputandum est sue malicie et non pietati sancte matris ecclesie

Questio septima vtrum sicut papa solum p actibus exteriorib' ac temporalibus rebus habeat indulgentiam dare Ita etiam ipse habeat indulgentiam dare solum habentibus voluntate dandi sicut dantibus aliquid temporale Contra suppositum arguitur primo q non scz q papa p actibus exterioribus non debeat indulgentiam dare. quod sic pbatur q maius est corripere delinquentes et consulere nescientes quam ecclesiam materiale reparare vel pegrinari si ergo papa p actibus exterioribus facit indulgentiam multo magis debz facere p illis Secundo sic p maiori bono magis debet fieri indulgentia quam p minori sed maius bonum est intrare religionem quas ire ultra mare. ergo magis papa debet facere indulgentiam p introitu religionis quas p transitu ultra marino Tertio sic expositio sacre scripture et exhortacio in fide catholi-

*Secundo peccati
sufficit ad
ppterit qd est*

*A. p. debet
adhibere
adhibere*

ca maius bonum est quam edificare parietes ecclesie materiales vel pontem reficere. Si ergo papa facit indulgentias p istis actibus multo magis p illis Quarto sic q indulgentia non debet dari p rebus temporalibus quia remissio peccatoris que fit p indulgentiam est quid spirituale sed dare spirituale p temporali est symonia. qd autem spiritualia emere peccatum sit dicitur. i. q. i. igitur p temporalibus bonis non debet fieri indulgentia Quinto sic bona temporalia nec sunt sic meritoria nec sic necessaria sicut spiritualia Si ergo p spiritualibus bonis non fit indulgentia multo foras nec p temporalibus Sexto sic i veteri legi pmittebantur temporalia Juxta illud ysaie. i. si volueritis et audieritis me bona terre pmedietis In nova vero pmittuntur spiritualia Juxta illud math. viij. Primum querite regnum dei et ergo indulgentia magis debet fieri p spiritualibus quam p temporalibus Contra questum arguitur primo sic papa habentibus voluntatem dandi aliquid temporale debz dare indulgentiam sicut puenit dantibus igitur quia maius bonum est vita eterna quam indulgentia sed bona voluntate informata caritate meretur quis vitam eternam ergo multo forcius meretur indulgentiam Secundo sic si ex sola voluntate quis non consequeretur indulgentiam pauperes qui non habent quid dent essent peioris conditionis quam divites et ita paupertas esset vituperabilis quod absurdum est dicere Tertio sic dare est quoddam corporale velle dare. est quoddam spirituale. sed magis est dare indulgentiam p spirituali quam p temporali ergo magis debet dari indulgentia p voluntate dandi quam p dato Inopositum suppositi est p is ecclesie psetudo q p pegrinatibus p elemosinis et p visitacionibus reliquias psetuit dare indulgentias et iterum bona spiritualia sunt communia Juxta illud. ps. c. xvij. particeps ego sum oim timendum

Indulgentia ppter facti p qd alib

te etc. Non enim p talibus debent fieri indulgentie ut communicentur sed temporalia cum non sint communia nisi in necessitate. necessarium est sibi indulgentia ut communicentur. Inopositum queiti est quia indulgentie fiunt ad releuandum indignitatem ecclesie illa autem non releuatur p solam voluntate dandi sed p datum In ista questione erunt duo articuli In prima ponende sunt conclusiones In scda erunt dubitaciones Quantum ad primum est prima pro supposito congruum est secundum doctorum sententiam p actibus exterioribus fieri indulgentiam Illa conclusio tribus ostenditur rationibus Primo quidem ex parte indulgentie. nam indulgentie sacramentales sunt cum fiat virtute clauis In omni autem eo qd est quid sacramentale debet esse aliquid exterius p actum vel gestum ostendens aliquid interius quid spirituale quia secundum augustinum sacramentum est inuisibilis gratie scz iterio ris visibilis forma scilicet exterioris In quo subtegmento diuina virtus certius saluatur operatur Secundo ostenditur conclusio ex parte pene tollendum p indulgentiam Nam indulgentie sunt relaxatiue pene non culpe sed pene sunt exteriores sicut ieiunium pegrinacio terre sancte defensio etc. Unde p talibus exterioribus actibus indulgentia debet fieri non tamen p quibuscumqz sed duntaxat p illis p quos honor fit dei ut est visitacio reliquiarum sanctorum quia deo honoratur in sanctis suis aut ut est audicio verbi dei aut repacio pietum ecclesie aut potius et huiusmodi Tertio ex parte thesauri ostenditur conclusio de quo fit indulgentia Nam sicut thesaurus alicuius comunitatis nemo debet dispensare nisi vel ppter comunitatis honorem et reuerenciam vel ppter ipsius comunitatis necessitatem et indignitatem sic thesaurus ecclesie de quo fiunt indulgentie non debet dispensari nisi p talibus exterioribus

ribus actibus in quibus vel deus honoratur vel necessitas ecclesie releuetur vel fides christiana promouetur Secunda conclusio p temporalibus rebus ut p ipsam acquiratur spiritualia bona vel delectentur p satisfactione ipsa peccata aut ministri ecclesie sustentantur licite potest fieri indulgentia pbatur illa conclusio quia temporalia quantum ad pns sufficiunt tripliciter ordinantur ad ipsa spiritualia Primo quantum ad ipsorum spiritualium acquisitionum Acquiruntur enim ipsa spiritualia p ipsa temporalia Juxta illud iobie. secundo elemosina a morte liberat et non patitur animam ire ad tenebras et ipsa sola facit inuenire vitam eternam Secundo quantum ad ipsorum satisfactionum quia delectentur peccata que animam inficiunt p largitione temporalium Juxta illud danielis quarto. consilium meum audi rex peccata tua elemosinis redimere et iniquitates tuas misericordis pauperum Tertio quantum ad ministrorum ecclesie spiritualibus deservientibus sustentacionem Sustentantur ministri ecclesie de bonis temporalibus oblati a populo Unde dicit apostolus primo ad corinth. ix. Si nos vobis spiritualia seminamus magnum est si nos vestra carnalia metamus Correlarium q p temporalibus bonis non fit indulgentia finaliter relaxatiue sed solum instrumentaliter et ordinatiue et ideo non committitur symonia p hoc patet quid diciturum sit ad quartum argumentum supra motum Correlarium temporalia possunt esse meritoria in quantum pcedunt ex voluntate caritate formata patet qz omnia alia opera in caritate facta meritoria sunt quare etiam non illa. Etiam p puris spiritualibus bonis possunt indulgentie fieri dummodo ex illis insurgat aliqua necessitas aut vtilitas rei publice sicut patet p illis qui orant p rege fracie et p illis qui sunt in sublimitate pstituti quibus datur indulgentia p b p3 quatu argumentu motu

*Temporalia ppter
ordinantur ad spiritualia*

p

1E Correlarium in nona lege pmittunt pncipaliter spualia et ex psequenti ipa tepalia sed in veteri lege pmittebantur temporalia prima pars patet p illud math. viij. primu que rite regnum dei et hec omnia adiciuntur vobis et sic indulgentie principaliter p spualibus fit et p temporalibus vt ad ipsa spualia ordinantur. Secunda pars patet qz in veteri lege ysa. primo dicitur si volueritis et audieritis me bona terre comedetis et qz spualia in infinitum excedant temporalia igitur indulgentia magis debet fieri p spualibus quam temporalibus et p hoc patet ad sextum argumentu zc. **1S** Tercia conclusio et p queiro est qz si papa sub hac forma dat indulgentia quicqz dederit de bonis suis ad talis ecclesie fabricam habeat tam aut tantam indulgentia sed nichil das non psequitur eam pbatur quia virtute indulgentie no soluitur pena nisi p opus penale velle autem dare aut velle ire ad talem ecclesiam non est opus penale sed dare et ire ergo videtur qz sola voluntate non acquiritur indulgentia. Etiam de ratione indulgentie est ex quo fit p releuanda indigencia loci vel ecclesie vt supra dictum est sepius illa no potest fieri sola voluntate dandi no dando. Et tantum de primo articulo. **16** Quantum ad secundum articulum Est primum dubiu an p papam non existente causa iusta valeat indulgentia data Et videtur primo qz non qz merita sanctorum non possunt esse iusta causa zc scribitur enim in psona electoz math. xxv. Ne forte non sufficiat nobis et vobis multo ergo magis. nulla alia causa potest esse iusta dandi indulgentiam. Secundo sic iusta causa est vt quantum datur tantum recipiatur sed quandoqz minus datur ergo talis non erit satisfaciens ad dimittendum penam. Tercio sic diues dat vnum denarium et pauper dat vnum sed non est iustu qz diues habeat tantum de indulgentia quantum

An p papam no ex pte sit iusta causa ad indulgentiam danda

habet pauper erga iusta causa non erit in faciendo indulgentiam. Inoppositum est quia deus iustus est et seipsum in iusticia negare non potest vt scribitur secunda ad thij. scdo. non existente ergo iusta causa indulgentia data p papam non valebit. **17** Respondeo dicendum. Aliqui dicunt iustam causam indulgentie pensandam ex parte illius cui indulgentia datur dicunt enim qz iusto iudicio rationis debet homo attendere p quanto vellet exponeri a pena si vellet eam pficere vel quanto vellet exponeri a pena purgatorij ad quam est obligatus p culpam si nollet eam pficere in preienti et p quanto vellet a pdicta pena exponeri iusto iudicio rationis tantum debet dare alias indulgentia sibi no valent non existente tali iusta causa. Sed tunc indulgentia non esset relaxacio sed comutacio pene maiorum in minorem. Sed magis solutio quibus enim ex parte meriti xpi et sanctorum indulgentia potest dici solutio qz ipse se sufficienter soluit p omnibus ratione tamen dati et ratione pene que p datum dimittendu est ppe debet dici relaxacio vt comutacio pene maioris in minorem qz datum est longe minus quam pena que debetur. Sed patet dicit augustinus de anchona qz iusta estimacio non debet attendi ex parte ei cui datur ad tollendam penam debitam pro peccato siue ad penam iniunctam p peccato. Sed debet estimari necessitas loci vel ecclesie qz licet datum p se non iudicetur sufficiens respectu tante pene ad tollendum ipsam. Ipsa tamen necessitas ecclesie cum auctoritate dantis facit qd datum sufficiat ad penam relaxanda qd alias non valeret nisi ad hoc inuaret necessitas ecclesie et ideo iusta estimacio ex pte facientis indulgentiam requiritur p iusta causa indulgentia qua non existente puto qz indulgentia non valet dicit augustinus de anchona in de potestate ecclesiastica vide etiam supra questione quinta

An pnt esse sola pnt esse ad faciendo indulgentiam causa

18 dubio vndecimo. s. t. cum obiectionib? ibidem zc. **19** Ad primum ergo argumentum cum arguebatur qz merita sanctorum zc. dicendum qz merita ipsorum membrorum quam tuncqz pfectoz puto qz non sufficiant ad faciendas relaxationes tales. Sed merita membrorum cu merito capitris sufficiunt ad faciendu relaxationem cuiuscqz pene. **20** Ad secundum dicendum licet ex parte dati semper minus detur quam recipiatur ex pte psonae dantis. ex pte tamen psonae satisfaciens semper plus quam recipitur qz meritum passionis xpi qd papa accipit ad se ad soluendum p quacumqz pena in valore excedit nedum vnu modum sed infinitos. **21** Ad tertium est dicendum qz si indulgentia fiat sub ista forma qz quicqz dederit de bonis suis ad fabricam talis ecclesie remittimus tertiam partem penitencie iniuncte tunc si diues ita parum dat vt pauper puto qz non tantum habeat de indulgentia diues sicut pauper qz tunc debet currere ad iustam estimationem facientis indulgentiam quia pensanda est valere secundum facultatem dantis. Sed si sic datur quicqz dabit vnum denarium vel aliud determinatum relaxamus tertiam partem penitencie iniuncte et si tunc diues dat vnum denarium sicut pauper puto qz tantum haberet diues sicut pauper et quomodo in hoc essent pares in multis tamen alijs sepe melioris pdicionis est pauper quam diues zc et tantum de illo dubio. **22** Secundum dubium an potestas pape sola possit esse faciendi indulgentiam iusta causa. Et videtur qz sic primo quia sola voluntas pape mediante sacramento sufficit ad remissionem ergo etiam sola voluntas eius mediante officio et iurisdictione dandi sufficit ad relinquendum penam a simili. Secundo sic si sola voluntas pape non sufficeret hoc esset quia deficeret rationabilis causa sed hec non potest deficere quia thesaurus ecclesie est causa sufficiens

ad satisfaciendum p omnib? Tercio sic quantum aliquid datum est magis liberum tantum est magis grati si detur sine aliqua receptione et ergo sola voluntas pape libera sufficit. Inoppositum est qz misericordia pape in faciendo indulgentiam debet esse cum iusticia sicut enim vniuersae vite domini sunt iusticia et misericordia sine veritas psalmo xxxiij. sic voluntas pape debet sic esse misericors qz non careat iusticia. **23** Respondeo dicendum qz indulgentia datur mediante visu clauium quarum virtute remittitur culpa et soluitur pena de quibus clauibus scribitur math. xvi. tibi dabo clauis regni celorum p has enim clauis thesaurus ecclesie de quo stipendiantur milites xpi. aperitur regnum filijs ecclesie. Unde sicut ad dispensaciones talis thesauri requiritur rectus vsus clauis potencie ne talem thesaurum papa dispset quibus non potest. Ita etiam ad dispensacionem dicti thesauri requiritur rectus vsus clauis discretionis et sciencie ne sic careat ratione et discrezione vt p sola voluntate sine rationabili causa indulgentiam faciat. **24** Ad enim potest papa aduersus veritatem sed p veritate vt dicit apostolus secundo ad cor. ultimo. vii. p sola voluntate dum subest pbabilis ratio vel generalis ecclesie vt specialis alicuius psonae potest indulgentiam facere alias non. **25** Ad primum argumentum dicendum zc. qz non est simile qz mediante sacramento tantum papa potest quantum vnus alius minister ecclesie tantum enim potest quantum deus potestatem dedit sacramento. **26** Et mediante officio papa potest. quanta potestas data est officio et ideo si excedit i potestate vt thesauri ecclesie dispset quibus non potest vel excedat iniusticie equitate vt dispset quibus no debz no dz tunc dicit dispensacio sed dissipacio. **27** Ad scdo est dicendu qz ad faciendu indulgentiam nunquam deficit vel deficere potest causa effectiue eo qz thesaurus

108

112

110

*Ita quod si quis dicitur esse in causa
fuerit in causa*

Ex conditio ad quos tenetur officio

Questio.

ecclesie de quo sit indulgentia est infinita et exhauriri non potest ut supra dictum est. Sed causa finalis terminativa desicere potest quia per tali causa papa finaliter debet facere indulgentiam per quam ecclesiam releuetur in aliqua necessitate vel promoneatur in aliqua utilitate. **¶** Ad tertium est dicendum quod thesaurus ecclesie libere dispensatur eo quod ipse sponte et libere tradebat se iudicanti iniuste qui peccata nostra protulit in corpore suo. per. p. scdo. **¶** Finaliter ipse gratis non est mortuus. Unde sicut ipse per necessitate totius ecclesie passus est sic per utilitate ecclesie generalis vel persone singularis aut specialis indulgentia fienda est. **¶** Tertium dubium an questores pertineant iustam causam faciendi indulgentiam litteras deferentes papales videtur enim primo quod questores in litteris papalibus quas deferunt iusta causa pertineatur faciendi indulgentiam quia iusta causa faciendi indulgentiam est. ubi sit de elemosinarum largitione mencio. Sed in talibus litteris sit mencio de elemosinis faciendis. Juxta illud quod habetur extra de pe. et re. vniuersitatem vestram monemus et exhortamur in domino atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum quantum de bonis a deo vobis collatis pias et gratias elemosinas faciatis. **¶** Secundo sic scribitur matth. x. qui recipit prophetam in nomine meo mercedem prophetam accipit. Sed tales questores cum litteris papalibus recipiunt indulgentiam datam per papam vel episcopum recipiunt. **¶** Tertio sic iusta causa indulgentie est utilitas loci vel ecclesie sed per tales questores allegatur utilitas loci vel ecclesie. Iusta ergo causa indulgentie per eos proponitur. **¶** In oppositum est quia ut dicit beatus gregorius et ponitur. xi. questiones in privilegium omnino meretur amittere qui promissa sibi abutitur potestate. **¶** Sed tales questores in pluribus inveniunt abuti potestate eis concessa a papa ergo pri-

uilegium eis concessum in nullo eius suffragatur. **¶** Respondeo dicendum quod ut indulgentia valeat requiritur auctoritas dantis ille autem qui potest vniuersaliter indulgentiam dare est papa ad quem pertinet tradere formam et modum quantum et qualiter vult indulgentiam valere. **¶** Specificantur autem sex conditiones quas debent habere questores predicantes indulgentiam. **¶** Prima est ut nichil illo populo proponere permittantur propter illud quod in eorum litteris pertinetur. unde si aliquas abusiones predicarent admittendi non sunt. **¶** Secunda est ut formam eis taxatam non excedant que quidem forma exprimitur ex de pe. et re. quoniam ut ait apostolus. **¶** Tercia est ut illi qui destinantur ad tales elemosinas colligendas sint modesti et discreti viri. **¶** Quarta est ut in thabernis et in alijs locis incognitis non hospitentur. **¶** Quinta est ut inutiles et sumptuosas expensas non faciant. **¶** Sexta est ut falso modo alicuius religionis habitum non assument aut ferant. **¶** Omnes iste conditiones ponuntur extra de pe. et re. **¶** **¶** An cum tales questores predicatas conditiones non seruent modica vel nulla est eis fides adhibenda maxime cum omnia privilegia personis locis vel ordinibus predictorum questorum quocumque modo per sedem apostolicam fuerint concessa reuocata sint per clemenciam. extra de pe. et re. cum ex eo et predictos questores per locorum ordinarios mandat esse puniendos. **¶** Ad primum ergo argumentum dicendum quod elemosina est causa iusta ad faciendum indulgentiam adueniente tamen auctoritate dantis qua cum ipsi abutuntur merentur illam amittere. **¶** Ad secundum est dicendum quod illi qui recipiunt prophetam in nomine prophetate debet videre quos prophetas ipsi recipiunt et papa specificat formas per quas possunt agnosci si mittunt ab eo vel non. **¶** Ad tertium est dicendum quod utilitas ecclesie vel loci est iusta causa faciendi indulgentiam quam pensare non spectat nisi

*Quod deo det vicarius suo tanto
plura sup edificia regiarum
Vult ad hoc se i. 7 x 6. r
facit vult lo 8.*

*Quod ipse dedit se habeat ad intrat ecclesiam
... quod vult vult g. m. r. c. c.*

Septima.

115 64 58

ad summum pontificem cuius auctoritate cum tales questores per modica re dicant se ab solvere a pena et a culpa abutuntur quare si des eis adhibenda non est eo quod indulgentias ipsam et dantem nimis vilescere faciant. **¶** Et tantum de illo dubio. **¶** Quartum dubium quare deus dedit vicario suo in presenti pape tantam auctoritatem super thesaurum ecclesie. **¶** Respondeo sex duplici ratione. **¶** Prima ut ostendatur in mensa et infinita dei bonitas et misericordia erga genus humanum et illa est potissima ratio quia omnipotens deus plus vult acceptare modicum opus voluntarium in fide et caritate factum sex orationem elemosinam peregrinationem et huiusmodi quam quod velit homines pati magnam penam in voluntariam in futuro. **¶** Secunda ratio ut homines per huiusmodi indulgentias moueantur ad pietatis opera exercenda et moueantur ad venerandum reliquias sanctorum et corpora que spiritus sancti templa et organa fuerunt. **¶** Immo tantum placet deo honor sanctorum suorum quod etiam miracula in presencia in reliquiarum facit. **¶** Tercia ratio ut diuites dicitur qui de minimis penis valde dolent ne desperent cum acerbissimas penas purgatorij audiunt quod moueatur ad elemosinarum largitionem quod in presenti sine dolore possunt efficere et sic penas purgatorij euadere. **¶** Quarta in consolationem pauperum quia cum diuites dant pauperibus elemosinam ex hoc ipso ipsi capiunt consolationem. **¶** Ideo deus in hoc ostendit solitudinem suam circa pauperes. **¶** An matth. xxv. quod minimis meis fecistis michi fecistis. **¶** Quinta ut deus probaret nostram fidem quoniam credimus statim catholicam ecclesiam et credimus quod eandem potestatem in ecclesia catholica dedit beato petro. matth. xvi. quodcumque ligaueris super terram erit ligatum in celis et quodcumque solueris super terram erit solutum et in celis. **¶** hanc etiam po-

testatem dedit iohanni apostolo. xx. dicens quorum remiseritis etc. **¶** Et ex hac fide multa meremur. **¶** Sexta ad habendum dominice passionis memoriam ex qua passione christi et sanctorum meritum indulgentiam habet efficaciam et fundamentum ut supra patuit et tantum de illo dubio. **¶** Quintum dubium et vltimum est quomodo homo debet se tenere dum intrat ecclesiam in qua indulgentias debet promereri. **¶** Respondeo presuppositis conditionibus que requiruntur ad indulgentias consequendas ex dictis homo in ingressu ecclesie aut capelle. **¶** Primo debet se aqua benedicta aspergere ut sicut prius a mortalibus peccatis per contritionem et confessionem liberatus sic et a peccatis venialibus per illam asperionem liberetur quia aqua benedicta tollit venialia ut dicitur in glosa in pbemio sexti. et tunc cum humilitate et deuotione accedat et de cunctis bonis sibi a deo collatis sibi sacrificium offerat vel per que pluenit peccare per eadem distat et satisfacere quia omnis res per quascumque causas nascitur per easdem et dissoluitur. **¶** Sunt autem triplicia dona nobis a deo collata scilicet nature fortune et gratie. **¶** hoc est corpus. res et anima. **¶** Et de his omnibus sunt primicie deo soluende. **¶** Juxta illud leni. x. offeramus primicias vini frumentum et olei in domo dei nostri. **¶** Et istis enim tribus omne peccatum committitur. **¶** Ideo satisfactio per hec fieri debet. **¶** Requirit igitur in satisfactione corporis afflictio scilicet per ieiunium aut peregrinationem rerum congrua dispensatio quod sit per elemosinam et anime deuota. in deum elenacio quod per sit per orationem. **¶** Sic enim in veteri testamento homo cum indulgentiam peccatorum voluit obtinere. **¶** Primo genua in terram humiliter deflexit. **¶** Secundo orationem deuota emisit. **¶** Tertio de bonis exterioribus sacrificium obtulit. **¶** Ut sicut de istis tribus bonis sibi collatis peccasse se nouerat. **¶** Ita et de omnibus satisfas.

*Ita quod dicitur
vult vult*

*Ita quod dicitur
vult vult*

B

E cere satagebat. **S**z dices quid tūcho mo debz orare aut dicere. **R**espōdeo nō est ī scripturis determinatum sed non requiritur magnus tumultus clamoris aut verba multa quia non clamor sed amor sonat in aure dī nam tunc oratio pfecta existit quādo de cordis cōtrīone aut mentis deuotione verba formare nescit vt dicit bernhardus. **P**ā omnes peccatores vt dicit bernhardus tam ī veteri quam in nouo testamento quī indulgenciam obtinuerūt suas oraciones verbis breuibz compleuerunt. **P**auid enim post magnum peccatum sibi p nathan obiectus non dixit nisi vnicū verbū scz peccavi tūc statim subintulit ppheta transulit dñs peccatum tuū scdī regum. **xxij.** Et latro in cruce qui plenam absolucionem obtinuit a dño. **H**ic memento mei domine cum veneris in regnum tuū luce. **xxij.** et beata maria magdalena que septem vicis plena fuit et petrus qui ter dominū negauit nichil legatur dixisse aut orasse sed tantum ex cordis meditacione et mentis deuotione lacrimas largissimas effudisse. **U**nde iter omnes oraciones peccatori illa magis videtur ad ppositū facere quam publicanus stans retro ī templo emisit qui oculos suos lenare ausus nō fuit sed tantum humiliter dixit deus ppicius esto michi peccatori luce. **xxvij.** Et illa verba p impetracione indulgencie videntur dicendo eo q in eis norantur tria ad pfectionem humilitatis et oracionis requisita scz hominis dō eius sub deo vniuersalis subiectio qz deo. **S**ecundo sui ipsius totalis sub xpo derelictio quia ppicius esto. **T**ercio peccati totius vocalis expressio quia michi peccatori. **E**t postea homo flexis genibz humiliter debz orare quinqz pater noster xpi quinqz vlnibus et totis aue maria ppassioni virginis marie. vlnera enim xpi sunt tanquam vas continens habundē thesaurum ecclesie. **U**nde angustinus in de ptemplacione doo

oratio deo

h. deo ppheta

[Handwritten flourish]

Questio.

mini nostri ihesu xpi dicit vlnera xpi plena sunt misericordia. plena pietate. plena dulcedine et caritate. p has rimas licet michi considerare quā suavis est dñs meus. **T**unc homo ex magna deuotione et intimo cordis desiderio desiderare debet vt omnū indulgenciarum in tali loco p tunc existencius deus eum pncipem faciat et tunc vltra in deuotione pcedere secundum q deus donabit seruatis tamen semper cōdicionibus supra habitis. que requiruntur ad indulgencias consequendas. **S**ed posses obicere quare tu doces aliter orare quā saluator math. vi. ait sic orabit pater noster. **S**ed dicitis deus ppicius esto michi peccatori. **E**ciam quare non sic pater ppicius est michi peccatori. **R**espōdeo q ī omni facto vel dicto penitētia debet esse humilitas et illa p ostenditur in subiectione scz cū homo reputat se indignum quia non vixit in creatoris sui voluntate sed peccauit. **I**deo ad modum filij pdigi lucis. **rv.** debet dicere. **N**on sum dignus vocari filius tuus et psequens nō oro pater sed deus quasi te totum corā deo in nichilum redigere velit. **Q**ua humiliacione premissa sperare debet q deus grāciam infundat et tunc confidencius postea nomē patris innocatur dicendo quinqz pater noster et quique aue maria et tantum de illo modo dicto. **A**d raciones ante oppositum questionis. **A**d primam quando arguit cōtra suppositum q de actibus exterioribz nō debeat indulgencia dari quia maius est corripere delinquentes et consilere nescientes. **R**espōdendum q quilibet tenetur ex pcepto corripere delinquentem et psum dare erranti. **N**ō autem tenetur ad ecclesie eluaciones seu parietum vel pontis reparacionē. **I**deo p istis actibus sunt indulgencie et non p illis. **A**d secundam qn arguebatur sicut p malo bono. **R**espōdendum q ingredi religionem est status in quo quis sufficēter soluit

ly

lz

lx

Nota

p se cum sit in statu pfectionis. **I**deo non indiget q fiat ei indulgencia. **S**ecularis autē cum sit adhuc in statu ipfectionis indiget vt potest dici q licet intrare religionem sit maius bonum quam ire vltra mare non est tamen ecclesie ita necessarium. ita q ibi ab infidelibus impugnatur. **A**d terciā est dicendum q si fides piclitaretur et sacra scriptura pure intelligeretur oanda esset indulgencia predicantibus fidem et exponētibz sacram scripturam contra tales vnde predicantibus crucem et docentibus fidem quādoqz indulgencie dantur. **A**d quartam dicendum q p temporalibus bonis non fit indulgencia finaliter relative sed solum instrumentaliter et ordinatiue. et ideo nō pmittitur symonia. **A**d quintam dicendum q temporalia possunt esse meretoria in quantum peccant ex voluntate informata caritate. **P**otest tamen fieri indulgencia p pure spiritualibus bonis dūmodo ex illis insurgat aliq necessitas ecclesie aut rei publice sicut illis qui orant p rege et p illis qui sunt in sublimitate constituti quandoqz datur indulgencia. **A**d sextam dicendum q in noua lege pmittuntur spiritualia principaliter et ex cōsequenti ipsa temporalia. **J**uxta illud math. viij. primum querite regnum dei et hec omnia adicientur vobis et sic indulgencia principaliter p spiritualibus fit et p temporalibus vt ad spiritualia ordinantur. **I**n ve. aut le. tēporalia pmittebant. **J**uxta illud ysaye pmo. **S**i volueritis et audieritis me. bona terre comedetis. **I**n noua vero lege pmittuntur spiritualia math. viij. vt allegatum est primum querite regnum dei. ergo magis indulgencia debet fieri p spiritualibus quam p temporalibus bonis. **A**d primam cōtra que situm dicendum q non sequit si aliquis meretur qd maius est ergo etiam q minus est nisi eodem modo ordinetur meritū vtrūqz modo hoc non est in pposito quia caritas

no

p

299

bb

cc

29

ordinatur ad meritum vite eterne. **S**pus vero penale ordinatur ad dimissionem penę. vnde non est eiusdem rationis vtrūqz meritum. **A**d secundam dicendum q simpliciter melioris conditionis est pauper quam diues quantum tamen ad remissionem penę que acquiratur p indulgenciam in tali casu non est inconueniens quādo diues sit melioris pditionis quam pauper. **A**d terciā dicendum q corporale in quantum est penale solutorium pene vel pmutabile ī penā vnde est ibi pmutacio pene maioris in minorem et ideo indulgencia que est quedam relaxacio pene magis fit p ipso dato quam voluntate dandi racio post oppositum est p dicitis. **Q**uestio octaua vtrum sicut existētes in mortali peccato indulgencia a papa datā recipiant. **I**ta cruce signati morientes cum firmo pposito transfretandi eandem acquirant. **E**t arguitur primo q sic quia existens in peccato mortali potest indulgenciam dare vt argutum est supra questione terciā in secundo argumento contra quesitum ergo multo forcius existēs in peccato mortali potest indulgenciam recipere. **S**ecundo sic dicit angustinus q si alius in peccato mortali paciatur ppter fidē valet sibi ad remissionem pene quia minus punitur in inferno quam si fidem negaret ergo eodem modo si aliquis dat elemosinam ad fabricam ecclesie valebit sibi in remissionem pene. **T**ercio sic scribitur ecclesiasticos nono q homo nescit vtrum amore vel odio dignus sit. **S**i ergo homo nescit an habeat caritatem ex quo indulgencia non valet nisi habenti caritatem tunc etiam nescit an indulgencia sibi valeat frustra ergo homo sustinet labores et expensas p acquirendis indulgencis seruetur illud inoppositum post sequencia tria argumenta. **I**noppositum est quia indulgencia fit p elemosinas et alios exterioribus bonis. **S**ed de talibus dicit apo

uno p...
et...
...

29

An indulgentia & alij dicitur datur in dicitur
data & papa pro ob alijs

Questio.

stolus primo ad corinthios .xij. **A**d distribuere in cibos pauperum omnes facultates meas etc. caritatem autem non habuero nichil michi prodest sic etiam in proposito Quarto sic contra questum videtur quod indulgentiam datam per papam cruce signatis morientes cum solo proposito transfretandi non consequantur propter quia efficacior est baptismus ad remissionem peccatorum quam indulgentia papae sed propositum baptismi non facit plenam remissionem sine baptismi susceptione igitur nec propositum transfretandi siue transfretatione. Quinto sic indulgentia pro subuersione terre sancte datur sed pro tale propositum in nullo subuenitur terre sancte frustraretur enim ecclesia sine suo si tale propositum dicatur valere ad indulgentiam. Sexto sic si solum per crucis assumptionem plena haberet indulgentia omnium peccatorum ergo qui hora prima accepit crucis signum et postea hora tertia peccat mortaliter si statim moreretur non puniretur in inferno nisi pro uno peccato quod videtur absurdum recipere in oppositum supra. In oppositum est quia potius est bonum quam malum sed malum propositum sufficit ut cum homo decedens ad infernum descendat ergo bonum propositum magis sufficere debet ut homo cum ipso decedens statim celum ascendat. In ista questione duo erunt articuli. In primo conclusiones. In secundo dubitates. **Q**uantum ad primum est prima conclusio ista Non prodest indulgentia illi qui est in peccato mortali. patet illa conclusio ex sepe dictis et precipue ex quatuor rationibus potest hoc ostendi. Primo quidem ex parte forme indulgentie datur enim indulgentia sub ista forma omnibus vere contritis et confessis non existere ergo vere contritione et confessione indulgentia non valebit quia remissio pene presupponit remissionem culpe. Secundo ostendit hoc ex parte conditionis indulgentie planum est enim quod

Et sic dicitur
de...
se...
supra...

no...
2607

nulli post hanc vitam sit remissio pene nisi decesserit cum caritate ergo similiter in hac vita nulli potest remitti pena nisi sit in caritate. Tercio sic ex parte ipsius pene cuius relaxatio et satisfactio ponitur indulgentia. sicut enim penitentia facta in peccato mortali non est satisfactio dimissionis pene cum indulgentia non sit aliud quam pene remissio vel relaxatio. Quarto ostenditur illa conclusio sic ex parte culpe nam cum pena culpe correspondeat non potest tolli pena nisi prius tollatur culpa ex dictis existens ergo in peccato mortali siue in culpa per communicationem indulgentie non potest expoliari pena nisi expoliata culpa. **S**ecunda conclusio si aliquis assumpta cruce cum proposito firmo transfretandi faciendo totum quod in se est de implendo propositum si sit contritus et confessus de omnibus peccatis mortalibus precedentibus et moritur nullo supposito post crucis assumptionem mortali peccato plenam omnium peccatorum consequitur indulgentiam. patet quia ille compleuit votum iuxta interpretationem eiusdem quod fecit quod potuit et debuit nec tenere ad plus faciendum et precipue si talis fuit intentio indulgentie dantis igitur etc. **Q**uantum ad secundum articulum est primum dubium. An religiosi et alij clerici accipiant indulgentiam datam per papam sicut omnes alij. Et arguitur primo quod non quia indulgentia non valet nisi indigentibus. Sed clerici et religiosi propter vota emissa scilicet castitatis obedientie et paupertatis. Et propter statum perfectionis in quo sunt habent habundantiam meritorum. non ergo indigent indulgentia propter habundantiam meritorum aliorum. Secundo sic illud non debet applicari religiosi quod facit ad destructionem regularis observantie quia ipsi voto sunt stricti sed discursus potissime facit ad dissolutionem regularis observantie. Unde ex hac de causa omnis discursus prohibetur

Et

An quod indulgentia datur post mortem
pro & suis meritis pro & se

220

Secunda.

monachis et religiosi personis. ergo indulgentia que sine discursu acquiri non potest religiosi applicari non debet. **T**ercio sic indulgentia quandoque datur per bellantibus contra rebelles et inimicos ecclesie sed bellare interdicitur religiosi et clericis igitur eis indulgentia applicari non debet etc. minor patet propter quod questione octava capitulo clerici videlicet dicitur clerici qui in quacumque factione arma volentes sumserint. reperit amissio ordinis sui gradu in monasterio penitenter tradantur etc. In oppositum est quia actus acriorum sunt in paciente predisposito sed religiosi sunt magis dispositi quam alij in seculo existentes ergo eis maxime applicanda est indulgentia. **R**espondeo dicendum quod ut valeat indulgentia alicui ut supra etiam tactum est primo requiritur ex parte dantis auctoritas et causa pro qua sit iusticie equitas. Ex parte vero recipientis requiritur quod habeat fidem in intellectu quod non nisi homini christiano indulgentia potest dari qui firmiter credat papam posse dare et se posse recipere. Secundo requiritur in recipiente quod habeat caritatem in affectu ut sit vere contritus et confessus. Cum ergo religiosi ista duo habeant et impleant causam pro qua facta est indulgentia plenius consequuntur ipsam indulgentiam quam alij. **P**ro hoc respondetur ad primum argumentum motum quod quantumcumque religiosi sunt in statu perfectionis propter tria vota emissa non tamen sine peccatis transire possunt unde dicitur primo iohannis primi. Si dixerim quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est et ergo indigent propter quorum unumquemque remissionem recipiendo indulgentiam etc. Ad secundum dicendum quod non est dubium religiosi plus mereri merito essentiali ad acquirendam vitam eternam solitarie stando et regulares observantias tenendo. quam discurrendo indulgentias acquirendo. Sed merito accidentaliter acquirent

Et

Non videtur p[er] se
p[er]tinet ad p[er]p[etuum
ad p[er]p[etuum

Indulgencia est
ad rem impeditam
euolentem

Questio

Secundo clauis potencie rectus vsus et de
bita iurisdic[ti]o Tercio clauis sciencie rectus
vsus et determinata discrecio Et quodcu[m]q[ue]
illozum trium ex parte facientis indulgenciam
deficit puto q[ui]d ipsa indulgencia non conse
quatur effectum suum saltem totum et p[er]ple
te Propter secundum est intelligendum q[ui]d
ex parte recipientis indulgenciam tria simi
liter requiruntur Primo q[ui]d talis qui conse
quitur indulgenciam habeat fidem in intel
lectu que credat. ecclesiam talem indulgen
ciam posse facere quia si illud non crederet
nichil reciperet Secundo q[ui]d habeat carita
tem in affectu vt q[ui] sit vere contritus et con
fessus Nam p[er] contricionem homo reconcl
liatur deo. p[er] confessionē reconciliatur ecclesie
et vt sic sit numero et merito. de numero mē
litum ecclesie quibus thesaurus debet ape
riri p[er] satisfactione pene. Tercio q[ui] habeat
implecionem cause p[er] qua fit indulgencia ita
effectu hoc est q[ui] compleuerit voto et effectu
illud p[er] quo facta est indulgencia Et ista tria
tangit papa in forma conuicij generalis di
cens omnibus qui laboribus proprijs p[ro]
p[ri]js et expensis subierint plenam suozū pec
caminum de quibus veraciter fuerint p[er]itri
corde et ore p[er]fessi veniam indulgemus eis
autem qui p[ro]p[ri]js expensis iuxta facultatem
alios destinauerunt vel alienis expensis in
p[ro]p[ri]js p[ro]p[ri]js accesserint similiter plenam
indulgenciam concedimus suozum peccato
rum Ex parte ergo recipientis indulgenciam
requiritur q[ui] habeat fidem i[n] intellectu et ca
ritatem in affectu. saltem quantum ad iactu
ram vere cōtricionis et confessionis et q[ui] ha
beat p[er]plecionem cause p[er] qua facta est idul
gencia in effectu et quatinus illozum triū de
ficiat ex parte ipsius recipientis indulgenciam
puto q[ui]d indulgenciam non consequatur quā
tum ad effectum completum. Propter ter
cium autem est sciendum q[ui]d quatuor possunt
retardare consecutores talem indulgenciam

Juxta modum supradictum vt non statim
euolent. Primum est forme indulgencie
satisfactio. vt si dicit indulgenciam plenam om
nium peccatorum suorum de penitencia si
bi iniuncta indulgemus tunc si morietur nō
statim euolaret quia maior penitencia debu
it sibi iniungi. igitur ponitur in purgatorio.
Secundum est alicuius peccati ignorancia
vel obliuio quia non nisi de confessis con
secutus est indulgenciam Tercium est pecca
ti mortalis sequentis indulgenciam p[er]petra
tio de quo licet postmodum confiteatur p[er]
satisfactione non tamen consecutus est in
dulgenciam Quartum est culpe venialis in
expurgacio cum qua contriti et confessi pos
sunt decedere quia simul stat cum gracia a
qua secundum augustinum nisi anima expur
getur ad consortium celestis sponsi admitti
non potest Si ergo ista quatuor contritos z
confessos non impediunt aut concurrant.
Ergo illa que dicta sunt ex parte facientis in
dulgenciam et ex parte recipientis puto q[ui]d
papa potest sic a tota pena et culpa absolue
re vt p[er] ignem purgatorij non transeant. Et
istud ad presens probatur tribus rationib[us]
Prima x[ristus] dominus potest totam penā
tollere ergo et papa tenet consequenciam p[er]
illud apostoli secunda ad corinthios. secundo.
Si quid vobis donauit. p[ro]pter vos donauit i[n]
p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a glosa ac si x[ristus] p[ro]donasset ne irrita
donacio videatur. que p[ro]pter amicos sit. Se
cunda ratio vnus potest p[er] alio satisfacere se
cundum intencionem facientis sed x[ristus] me
ritum sue passionis applicauit p[er] satisfactio
ne omnium de ecclesia ergo applicatum eis
p[er] comunicacionem indulgencie modo su
pra dicto. p[er] omnibus est satisfactum. Ter
cia ratio illud quod est valoris infiniti Jux
ta illud sapiencie septimo infinitus est the
saurus datus hominibus quo qui vsi sunt.
facti sunt participes amicicie dei. debitum
ergo q[ui]d cumq[ue] poterit et potest solueri

Nota

Ad primum ergo argumentum motum
dicendum q[ui]d ordo diuine iusticie non tollit
tur quia culpe correspondet pena vel p[ro]pria
aut aliena. p[er] ipso et in comunicacione in
dulgencie tollitur pena p[er] culpa ratione pe
na x[risti] patientis p[er] suis membris non p[er] se
qui peccatum non fecit zc. Ad secundum ob
iectum q[ui]d culpe mortali debetur infinita pe
na ratione offense dei qui ē infinitus et ideo
ex virtute eius potuerit relaxari omnis pe
na debita culpe in eum commissa. Ad terciū
dicendum q[ui]d retardatur in purgatorio p[ro]
peccato non confessio sicut supra dictum est.
Ad quartum dicendum est dummodo im
pleat causam indulgencie existens in maiori
caritate vel minori et faciens plus p[er] utilita
te ecclesie vel minus secundum formam da
tam quilibet pariter euolat. Sed vnus de
premio essentiali plus consequitur de glo
ria quam alius.

2

Quartum dubium an papa per con
municacionem indulgencie possit pne
ros non baptizatos in limbo existentes ab
soluere Et videtur primo q[ui]d sic quia in pote
cia maxime videtur mereri et indulgenciam
recipere sed pueri non potuerunt peccatum
originale vitare igitur indulgencia maxime
eis debetur. Secundo sic indulgencie fiunt
virtute passionis x[risti] sed pueri sunt potissi
me capaces passionis x[risti] cum non contrax
erint nisi peccatum originale ad quod tolle
rendam principaliter x[ristus] passus ē. Tercio
sic qui p[er] alium peccauerunt iustum est p[er] ali
um eos liberari sed pueri p[er] alium peccauer
unt quia p[er] adam iustum est ergo ipsos p[er]
thesum liberari dicit enim apostolus ad ro
manos quinto quia sicut vnus hominis
delicto multi mortui sunt ita vn[us] hominis
gracia donum dei in plures habūdauit In
oppositum est quia indulgencia non commu
nicatur nisi habēti gratiam sed pueri illi nō
habent vsum l[ib]ar. nec gratiam sacramenta
E3

videtur p[er] se
p[er]tinet ad p[er]p[etuum
ad p[er]p[etuum

omni p[er]p[etuum
p[er]p[etuum
p[er]p[etuum
p[er]p[etuum

In quibus quatuor loca erant ante eius mortem vnus inferior puta infernus dampnatorum Alius superior vt limbus puero- rum Tertius adhuc illi superior vt locus purgatorij. Quartus adhuc illi superior vt locus sanctorum patrum quem xps expo- liauit Juxta illud zacharie. ix. Tu autem in sanguine testamenti tui edificabis. Vinctos de- lacu in quo non erat aqua locus vero pur- gatorij non spoliabitur vsq; ad finem mun- di. Alia vero duo loca eternaliter in tacta permanebunt ecclie: post finem mundi. Ad argumentum **1^o** primum dicendum qd nō semper quando tollitur minus potest tolli maius gratia enim potest tollere peccatum mortale et non tollit peccatum veniale. **2^o** enim valet talis ppositio nisi quando mi- nus ordinatur ad maius et conuerso. vel potest dici qd licet pena dampni sit minima respectu pene sensus quantum ad doloris perceptionem. non tamen est minima quan- tum ad perpetuam durationem. et ad diui- ne visionis carenciam. Ad secundum dican- dum qd non est simile quia sancti patres nō delinabant in limbo. p peccato originali vt erat infectio persone quia sic a tali pecca- to purgati erant p gratiam sacramentalem et personalem delinabant enim ibi solum p peccato originali vt erat infectio nature. **3^o** nec p xpi passionem p tota humana na- tura precium solutum fuerit sic autem non est de pueris. Ad tertium dicendum quod non est inconueniens qd virtute diuina impe- dianur graua ne ad centrum terre descen- dant sicut in terra sunt multe cauerne ad q̄s graua non descendunt etc. **4^o** Septimum dubium est an papa p communicationem indulgentie possit pueris qui sunt in limbo sanam paradisi aperire. Et videtur primo qd sic quia potest aperire dampnatis. ergo multo magis pueris. Scribitur enim luce. xv. qd vnus ille existens in tormentis dāp-

1^o
2^o
3^o
Nō
pena dāni qui
p amorem p̄nit
p̄nit qd p̄nit

an p̄ p̄ amorem
possit pueris qd p̄ limbo paradisi aperire

natorum vidit lazaram in sinu abrahe et si- nus abrahe secundum augustinum. xij. sup- genesis non accipitur nisi in bono. non po- test nomine inferni comprehendendi. Secundo sic videre xpm est paradisius Juxta illud io- hannis. xvij. hec est vita eterna vt cognoscāt te solum deum verum et quem misisti ihe- sum xpm. Sed pueri et omnes angeli vide- bant xpm quia videbit eum omnis oculus etiam eum videbant qui ipsam papugerunt Scribitur apocalipsis primo capitulo Ter- cio sic pueri privati sunt luce spiritali non corporali ergo saltem paradisius corporalis potest eis aperiri. Inoppositum est quia do- lor et pena non compaciuntur se cum gaudio paradisi. Sed pueri sunt in doloribus pena- rum. multo magis quam sancti patres libe- rati p xpm. de quibus tamen dicitur actuū secundo deus suscitauit xpm a mortuis so- luti doloribus inferni. Juxta quod im- possibile erat illum teneri ab eo Respondeo qd secundum augustinum. xij. super geneses quomodo omnis regio vbi anime bene sunt possz paradisius merito appellari etc. **4^o** Tri- pliciter tamen paradisius accipitur. Primo modo p loco corporali vbi primus homo creatus est. Secundo p loco celestiali vt pro- ipso celo empireo vbi anime beatorum di- uina beatitudine fruuntur. Tertio p visione intellectuali vt spiritali quam diuina essen- cia intuitiue conspicitur et ille paradisius est omnibus melior et paradisius paradisiuū nominādu. Primus ergo paradisius pue- ris aperiri non potest quia peccato illo sunt astricti propter quod primus homo inde expulsus est. Nec secundus quia solum bea- tis et sanctis angelis debetur. Nec tertius quia carencia visionis diuine perpetuo in- eis remanebit. **5^o** Per hoc ad primum ar- gumentum dicendum quia si sinus abrahe accipitur pro quiete que erit in limbo sanc- torum patrum qui privati erant a pena sen-

bb

ii

sibili sic pena inferni eis committere non po- test vt aliqui dicunt Sed nec isto modo co- uenire possit nomen inferni limbo puero- rum. Unde dicendum vt dicit glosa bede qd licet sancti patres in sinu abrahe puta in consola- tione quietis essent p fidem mediatoris et p gratiam a doloribus tamen mortis siue inferni non erant soluti ex toto quia non me- ruerunt gaudia celi intrare donec implore- tur illud zacharie. ix. capitulo. Tu autem in sanguine testamenti tui edificabis vnico- de lacu vnde nomine inferni non meretur sinus abrahe appellari secundum augusti- num propter fidem et gratiam abrahe. Ad secundum dicendum qd pueri videbant xpi humanitatem. diuinitatem tamen eius non poterunt videre cum eius membra non ef- fecti sint p fidem et gratiam personalem et sacramentalem. Ad tertium dicendum qd lux corporalis non ordinatur ad spirita- lem propter quod priuatis luce spiritali lux corporalis communicari non debet et sic patet illud dubium. **6^o** Octauum dubium an papa possit mandare vt quis teneatur potius velle ad penam inferni dampnari quam mortaliter peccare. Et videtur primo qd non quia pena inferni est eterna et irreme- diabilis de peccato autem mortali potest quis liberari p penitentiam ergo potius te- netur homo velle peccare mortaliter. Secū- do sic pena inferni includit culpā vna talis de penis inferni est vermis et remorsus con- sciencie de culpa commissa. sed culpa morta- lis non includit penam inferni ergo magis est eligenda culpa mortalis quam pena in- feri. Tertio sic illud papa non potest man- dare qd est de iure naturali sed refugere eter- naliter moriet eternam penam est de iure naturali quilibz enim naturalit refugit mor- tem potissime eternam peccare ergo morta- liter p̄eligendum est antequam eternaliter

Sancti abigit
no m̄t̄
Sancti abigit

2^o bk
an p̄ qd m̄t̄
vt qd p̄ m̄t̄
tunc p̄ velle
ad penam inferni
q̄ m̄t̄ p̄ m̄t̄

dampnari Inoppositum est qd dicit venera- bilis anselmus in libro de similitudinibus vbi ait qd aliquis magis debet eligere esse in inferno sine culpa quam in paradiso cum culpa quia innocens in inferno non sen- tiret penam. et peccator in paradiso nō gau- deret de gloria. hoc idem videtur dicere cri- tostomus in libello de laudibus pauli expo- nens illud ad romanos. ix. optabam ego ip- se anathema esse cum xpo p fratibus meis qd potius paulus voluissz esse in inferno cū caritate xpi quam extra sine caritate. **7^o** Re- spōdeo dicēdu qd illd cadit sub precepto qd ē de necessitate salutis aut d necessitate salutis vt hō p̄t̄ i via salutis existens in generali magis velit pati quamcumq; penā quam peccare mortaliter. Et hoc ideo quia conu- cio ē salus hominis et nō potest esse sine ca- ritate p quam omnia peccata dimittuntur. Ex caritate autem pl^o tenetur homo deum diligere quam seipsum. Cōstat autem qd pec- care mortaliter est facere contra deum pani- ri autem quamcumq; pena est pati aliquid cō- tra seipsum. **8^o** Unde caritas hoc requirit vt antequam peccet mortaliter quamlibet penam homo contritus existens in via salu- tis in generali p̄legit culpe mortali. Et di- co in generali quia in speciali descendere ad hanc penam vel aliam homo non tene- tur. Immo non sapienter ageret papa vel quilibet superior seipsum vel alium mouen- do vel inducendo ad particulares penas. Cuius ratio est quia sicut delectabilis plus mouent in particulari considerata quam in communi. Ita terribilia plus terrent si in par- ticulari considerantur et aliqui sunt qui in maiori temptacione nō cadunt qui forte in minori cadunt. sicut aliquis audiens adul- terium non incitatur ad libidinem sed si p̄ consid̄rationem descendit ad singulas illece- ras car^o magis p̄t̄aret. Et similit̄ aliq̄s

ii

mm

orab

Quaestio.

non refugeret mortem pati pro sp̄o. Sed si
 descenderet ad considerandum singulas pe-
 nas magis retraheretur et ideo descendere
 in talibus ad singularia est inducere homi-
 nem ad temptationem et prebere occasio-
 nem peccandi. quod papa et quilibet super-
 ior maxime vitare debet ut patet de se. Ad
 primum ergo argumentum est dicendum quod
 culpa mortalis quantum est de se perpetua
 est. sicut pena inferni. Si autem remedium
 habet hoc est ex sola misericordia dei. Ad
 dicendum quod plus preponderat bonum di-
 vinum contra quod ait mortalis culpa bo-
 no nature create cui opponitur culpa quam
 perpetuas pene temporales culpe. Ad
 secundum dicendum quod remorsus conscien-
 tiae non semper est culpa quamvis ad culpam
 quandoque consequatur. Potest enim esse si-
 ne culpa ut in eo qui habet conscientiam er-
 rantem de preterito commisso sicut si aliquis
 credat aliquid a se prius commissum esse il-
 licitum quod tamen licitum erat et ipse dum
 faceret illicitum repenitabat. Ad tertium
 dicendum quod refugere mortem eternam est
 de iure naturali secundum appetitum sensiti-
 vum sed refugere vel perlegere ipsam antequam
 deus offendatur est de iure naturali secun-
 dum appetitum per rationem deliberatam et
 per caritatem ordinatam. Nonum dubium
 est an papa possit facere quod dampnati de
 penis inimicorum eorum non possit gaude-
 re. Et videtur primo quod papa hoc non pos-
 sit facere quia super illo verbo ysaie. xliij. sur-
 reperunt principes terre de solis suis dicit
 glo. Hieronimi quod solacium est malis infim-
 iis sub iocundis habere panem. Tale ergo
 gaudium papa impedire non potest. Secun-
 do sic omne gaudium diminuit dolorem ut
 patet per philosophum. vij. ethicorum cum
 ergo dolor dampnatorum sit infinitus inter-
 sine. si ergo papa possit gaudium dampna-
 torum impedire possit facere quod inimici damp-

non possit facere quod dampnati de penis inimicorum
 non possint gaudere

natorum non dampnarentur et sic tolleretur
 li. ar. hominis. Tertio sic dicit beatus gre-
 gorius quod culpa est. est totam culpam exige-
 re non debet sed deus non potest culpam
 committere. ergo non potest totam culpam
 sequi puniendo dampnatos sed condigni-
 tum. remanet ergo in eis aliquod gaudium
 de eo quod non puniantur tantum quantum
 deberent puniri. Inoppositum est quia pa-
 pa per communicationem indulgentiae et suf-
 fragiorum retrahit multos a peccatis ut non
 dampnentur. potest ergo impedire gaudium
 dampnatorum sicut potest impedire damp-
 nationem peccatorum de quorum societate
 dampnati gaudent. Respondeo dicen-
 dum quod tristitia et dolor in dampnatis est to-
 talis admixtus potest tamen esse eorum tri-
 stitia aliquod gaudium pariale et acciden-
 tale. Est quidem eorum tristitia acciden-
 talis et essentialis propter tria. Primo propter divi-
 ne iusticie impletionem tristantur enim quia
 deo divinam vident impleri iusticiam in pe-
 na dampnationis inimicorum ipsorum quam
 dei iusticiam dampnati odiunt et blasphemant
 in inferno. Juxta illud apoc. xvi. Estua-
 verunt homines estu magno et blasphemaverunt
 nomen dei habentis potestatem super has
 plagas. Secundo propter eorum conscientie
 infectionem remanent enim in dampnatis
 affectiones prave remordentes et terren-
 tes eorum conscientiam quia vermis eorum
 nunquam extinguetur de quibus pravis
 affectionibus dolent et penitent. Juxta illud
 sapientie quinto. Penitentiam agentes et
 preangustia spiritus gementes. Unde sicut
 penitentes in hac vita dolent et de dolore
 gaudent. Ita dampnati in inferno gaudent
 de penis inimicorum suorum et de ipso in
 gaudio magis dolent. Tertio propter cause administra-
 tione persistunt causam dampnationis eorum
 inimicis penitent et tristantur non quidem propter
 divinam offensionem. sed propter eorum punitionem

99

Unde talis penitencia non est eis meritoria.
 tali ergo tristitie dampnatorum totali et essen-
 ciali aliquod gaudium accidentale est annex-
 um quia descendunt dampnati ad infernum
 cum armis suis et affectibus pravis ipso-
 rum ut scribitur ezechielis. xxxij. quia ergo
 videtur pravi eorum pravas voluntates quas
 in hoc mundo habuerunt contra eorum ini-
 micos impletas esse per dampnationem et
 malum ipsorum gaudent. Quod quidem
 gaudium per papam potest impediri eo quod per
 communicationem indulgentiae et suffragio-
 rum dampnatorum inimici in presenti vita
 possunt converti et non dampnari. et ex hoc
 tollitur illud gaudium quod dampnati de
 eorum dampnatione habuissent. Per hoc
 ad primum argumentum dicendum quod pa-
 pa non impedit gaudium dampnatorum per
 se sed per accidens subtrahendo eorum inimicos
 a dampnatione per communicationem indul-
 gentiae et suffragiorum ecclesie de quorum
 dampnatione gaudium habuissent. Ad se-
 cundum dicendum quod li. ar. non tollitur sed
 innatur per auxilia ecclesie quibus peccatores
 de culpa resurgunt ad gratiam. Ad tertium
 dicendum quod dampnatus punitur tali pena
 qua debet puniri iuxta exigentiam culpe sem-
 per tamen punitur citra condignum quam
 deberet puniri propter condecenciam divine
 voluntatis de qua dampnatis nullum est gau-
 dium sed potius tristitia. Respondeo
 dubium an papa possit aliquos iuste ad pe-
 nam inferni dampnare. Et videtur primo quod
 non quia iustus et pius iudex non debet pu-
 nire ad correctionem sed papa debet esse ius-
 tus et pius iudex ergo debet punire ad cor-
 rectionem corrigere autem non est punire
 eternaliter sed solum temporaliter. Secun-
 do sic temporale non potest esse causa eterni
 per culpa ergo quacumque temporalis propter eter-
 nam penam infligere iuste non debet. Ter-
 do sic scribitur de utrononij. xxx. secundum

111

non possit aliquid iuste ad penam
 inferni dampnare

Nota

mensuram delicti erit et plagarum modus
 secundum ergo mensuram temporalis cul-
 pe debet papa imponere mensuram tempo-
 ralis pene. Inoppositum est quod scribitur. xij.
 di. c. in nomine domini de illis qui sedicio-
 nem ponunt in ecclesia et potissime in elec-
 tione summi pontificis. Quicunque contra
 hoc decretum ire temptaverit perpetuo ana-
 themate atque excommunicatione dampnetur
 et cum impijs qui non resurgent in iudicio
 reputetur. Respondeo dicendum quod
 iuste culpe mortali temporaliter commissae
 dummodo qui tali culpa peccat sit contumax
 similiter per papam eterna pena infligitur.
 Primo quidem ratione boni quod per ip-
 sam culpam perimitur. tollitur enim per cul-
 pam mortalem caritas quae secundum apo-
 stolum primo ad corinthios. xij. nunquam ex-
 cidit unde sicut caritas que perimitur per mor-
 talem culpam est perpetua et eterna potest esse
 et ita iustum est quod culpe per quam tollitur eter-
 na pena correspondeat. Secundo ratione
 voluntatis que infligitur voluntas enim subiec-
 ta culpe mortali eterna est quia ex quo ho-
 mo non imponit finem culpe in presenti et
 cum illa decedit iam culpa eterna est ratio-
 ne voluntatis peccandi. Non debet ergo iudex
 imponere finem pene ex quo peccans
 non imposuit finem culpe. Tertio ratione
 temporis quod prefigitur. prefigit enim pa-
 pa tanquam vicarius dei tempus in quo
 dimittitur culpa et in quo non. quia in pre-
 senti est tempus dimittendi culpam in futu-
 ro vero non quantumcumque ergo actio pec-
 cantis sit momentanea et temporalis ipsa
 culpa tamen eterna est ex quo per contumaciam
 sibi non dimittitur in presenti ubi est tem-
 pus dimittendi iuste ergo papa tali culpe
 eterne eternam penam infligit. Quarto ra-
 tione boni quod offenditur nam per cul-
 pam mortalem bonum eternum offendit
 igitur iuste sibi pena eterna debet. Ad primum

100

101

ergo argumentum dicendum qd in istis et pi
 us iudex punit ad correctionem quando est
 tempus corrigendi sed quando non est tem
 pus correctionis non punit ad correctiones
 sed magis ad vindictam ex iusticie observa
 tione Ad secundum dicendum qd tempora
 le bene potest esse causa perpetui qzuis non
 pprie eterni quod caret principio et fine. cu
 iusmodi eternitas soli deo conuenit. Nam
 empicio domus momentanea est et tempo
 ralis ius tamen possedendi est eternum Si
 militer uolnus inflicum est momentaneu
 et mors que sequitur est eterna Eodem mo
 do crimen lese maiestatis est momentaneu
 et pena sibi debita est eterna Ad tertium
 dicendum qd in peccato tria sunt scilicet de
 lectatio actio et voluntas deformatio pena
 ergo secundum mensuram debet correspon
 dere peccato non quantum ad delectatione
 et actionem que temporalia et momentanea
 sunt sed quantum ad voluntatis deforma
 tionem que eterna est. Ex quo in presenti no
 remouetur p contricionem et penitenciam.
 Ideo iuste sibi datur eterna pena. An
 decimum dubium an papa potest facere qd
 illis qui sunt in inferno sunt meritorie indul
 gentie et suffragia ecclesie Et videtur primo
 qd sic quia quando aliqua sunt eiusdem ra
 tionis agens qd potest in unum potest in ali
 ud sed pena inferni et pena purgatorij sunt
 eiusdem rationis cum non differant nisi se
 cundum magis durabile et minus durabile
 sed magis et minus no diuersificant specie.
 ergo cum papa potest communicare suffra
 gia illis qui sunt in purgatorio poterit si
 militer illis qui sunt in inferno Secundo sic
 aliqui sunt in inferno qui fecerunt aliqua bo
 na dum vixerunt in corpore et bona merito
 ria p caritatem quam habuerunt ergo p ea
 que gesserunt in corpore merentur sibi vt
 pdesent eis si nomine eorum fieret post mor
 tem. Tertio sic ecclesia orat p defunctis vt

liberentur de ore leonis et de profundo lacu
 sed frustra oraret p eis nisi iuret suffragia
 eis pdesse ergo videtur qd plint. Quarto
 sic homo potest iuste soluere debitum p se et
 p alio quod tenetur soluere Si ergo illi qui
 sunt in inferno soluant debitum quod solue
 re tenentur p suffragia viuorum videtur qd
 salte p solutum sit Inopositum est quia
 in inferno nulla est redempcio Et iterum si
 suffragia ecclesia pdesent eis vt hoc esset
 ex parte applicatis vel ex parte illorum qui
 bus applicatur Non ex parte pape applica
 tis quia illi qui sunt in inferno non subiciun
 tur iurisdictioni iue nec ex parte illorum qui
 bus applicantur quia sunt in termino et no
 sunt abiles ad recipiendum. Respondeo qd
 de hoc dubio est duplex modus responden
 di. Unus est pmissus et alius est magis spe
 cialis qui videtur ortum habere ex dictis
 beati augustini. Modus communis talis e
 quia cum in dampnatis duplex sit pena scz
 essentialis et accidentalis Unde bona que
 fiunt in ecclesia non possunt eis valere ad di
 missionem pene essentialis quia manente
 culpa pena non potest removeri In damp
 natis ergo semper culpa remanet cum de
 cesserunt in peccato mortali ergo de pena es
 sentiali nichil potest tolli Et crisostomus lup
 illo verbo mat. xviij. tradidit eum tortori
 bus donec redderet vniuersum debitum ait
 quia dictio donec non dedit determinatum
 tempus sed indeterminatum quia semper
 soluent dampnati et nunquam satisfaciunt
 Pena vero accidentalis est quia indamp
 natis ratione societatis quos per exem
 plum prauum et prauam doctrinam corrupe
 runt. Perentur enim dampnati puniri ex
 societate eorum qui p prauum eorum exem
 plum et prauam doctrinam corrupti sunt. Et
 ideo quando tales non dampnantur sed
 potius puerant et saluant eoz pena accide
 talis dicitur minui. Cu vero non saluantur

22

In dicitur et
pena xviij
3 Ann

sed dampnantur eorum pena dicitur augeri
 Unde talis pena. Accidentalio pot in eis
 augeri et minui secundum qd plures aut pau
 ciores socios possunt habere in predicta pe
 na cum ergo suffragia ecclesie multum vale
 ant vt corrupti propter malam doctrinam
 et mala exempla dampnatoz non dampna
 tur sed magis conuertantur et saluantur.
 Ideo predicta suffragia dicuntur eis valere
 ad relaxationem pene accidentalis. Sicut
 sana doctrina et bona exempla dicuntur va
 lere apostulis et beatis ad augmentum ac
 cidentalio glorie quia ex societate eoz qui
 p doctrinam et bona exempla eorum salua
 tur eorum gloria augmetatur. Alter mo
 dus magis specialis dicendum est talis. Et
 ille distinguit de triplici pena que debetur
 dampnatis Nam i peccato mortali in quo
 decedunt dampnati tria considerantur Pri
 mum est a bono in comutabili secundum que
 modum dicit beatus iacobus Qui offendit
 in vno factus est reus omnium quia omnia
 peccata vnum peccatum sunt inquam qdli
 bet auertit ab incomutabili bono Secundum
 est interioris consciencie et interioris yma
 ginis deformacio qua cum consciencia inte
 rior pars remurmuret de peccato ex ipsa pe
 petratione peccati deformatur ymago et de
 formatur consciencia. Tertium est in bo
 nis comutabilibus inordinata delectacio
 ppter primum ergo scz ppter boni incomu
 tabilis auersionem debetur peccato mortali
 pena dampni et est ppetua priuacio visio
 nis diuine. Propter secundum vero scilicet
 ppter consciencie deformitate debetur pec
 cato mortali pena vermio consciencie. Sed
 ppter tertium scilicet ppter inordinatam de
 lectionem qui in bono creato percipitur de
 betur peccato mortali ignis et pena sensus
 et pporcionaliter quia p mensura delicti de
 betur plagarum modus loquendo de pena
 tali. Ponitur ergo p pena dampni vt prius

22

23

22

In pto an qd
decedit dampnati
3o p pto

22

Mitigatio
i bono
p pto

cio diuine visionis et pena vermio consciencie
 eternaliter respondeant peccato mor
 tali quia manente culpa semper manet pena
 vermio consciencie quia dicit augustinus om
 nis inordinatus animus sibi plerumqz semper est
 pena. Sed pena sensus et pena ignis acci
 dentaliter debetur culpe mortali quia ad sen
 sam videmus qd multi sunt in peccato mor
 tali et non habent penam annexam sensus.
 Dicitur ergo ab istis qd suffragia ecclesie
 non valent dampnatis ad illius pene dimi
 nucionem que essentialiter debetur peccato
 quia remanente culpa remanet essentialiter
 illa duplex pena que sibi debet vt pena dap
 ni et vermio consciencie. Sed bene dicunt
 qd valet eis ad pene sensus diminucionem
 cum illa essentialiter non respondeant mor
 tali culpe non quidem ad totalem dicte pe
 ne liberacionem sed ad aliqualem mitigatio
 nem. Consequenter ponunt isti qd ista miti
 gacio tribus modis habet fieri in dampna
 tis p sociorum subtractionem quia saluant
 multi vt dicebatur in primo modo dicendi p
 suffragia ecclesie qui fuerunt eorum exem
 plo et doctrina corrupti qui si non saluarentur
 auerteretur eorum pena. Secundo p eorum
 suffragiorum fortificationem et confortacio
 nem quia p predicta suffragia fortificantur
 et confortantur dampnati vt tollerabilius
 possint penam ignis sustinere. Tertio p ip
 sius pene aliqualem relaxationem quia cu
 ignis ille infernalis sit instrumentum vini
 ne iusticie taxatum a deo qd tantum debeat
 affigere et non plus. Et ideo non sequitur
 qd si suffragia ecclesie valeant ad dicte pene
 relaxationem qd tantum possent multipli
 cari suffragia ecclesie vt totaliter relaxetur
 quia taxatum est a deo qd tantum debeant
 dimini de illa et non amplius. Iste autem
 modus ponendi satis videtur habere fundamentum ex
 dictis beati aug. 2da qd talis mitigacio pe
 ne fiat i dampnatis et suffragio ecclesie p subtra

Pena Azzi

tionem sociorum. expresse dicit augustinus
q̄ pena ar̄ij non dum terminata est. quia
non dum determinati sunt illi. qui eius pra-
ua doctrina et exemplo pravo corrupti sunt
Quot que vero talis mitigatio dampnato-
rum fieri potest p̄ dampnatorum fornicationem
et sustentationem patet p̄ illud q̄d
dicit augustinus in enchi. et in libro supra-
dicto contra simplicianum de. vij. questio-
nibus. ubi loquitur de mediocriter bonis ut
de illis qui sunt in purgatorio. et de illis qui
sunt mediocriter mali ut de illis qui damp-
nati fuerunt tamen fideles x̄pi et multa bo-
na fecerunt existentes in gracia dei. **Quib̄**
autem p̄sunt suffragia ecclesie aut ad hoc p̄-
sunt ut sit plena eorum remissio quātum ad
illos qui sunt in purgatorio aut certe ut tol-
lerabilior sit eorum dampnatio quantum
ad illos qui sunt in inferno planum est. q̄ lo-
quitur de illis qui sunt in inferno quia si lo-
queretur de illis qui sunt in purgatorio non
diceret ut tollerabilior sit eorum dampna-
tio. sed magis ut tollerabilior sit eorum pur-
gatio. **Sed** q̄ talia bona p̄sunt dampnatis
ad pene relaxationem. patet p̄ beatū augu-
stinum similiter in libro predicto ubi ait. q̄
eis talia proficiunt qui cum viuerēt sibi merue-
runt. ut prodesse eis post mortem. si p̄ eis
fierent. planum est autem q̄ multi sunt in in-
ferno. qui cum viuerent multa bona opera
facerent. existentes in gracia. et meritoria p̄
que meruerunt sibi. p̄desse suffragia ecclesie
si p̄ eis fierent post mortem. non p̄ caritatē
cum qua non decesserunt. sed per caritatem
quam prius habuerunt. **Est** autem mo-
dus ponendi q̄ suffragia ecclesie. p̄sunt dāp-
natis ad pene sensus mitigationem expres-
se tangit in glosa super verbo augustinus que
gracianus allegat. xij. q. vltima ubi dicit glo-
sator hic augustinus distinguit quatuor ge-
nera hominum. valde bonos. et valde ma-
los et mediocriter bonos. et mediocriter ma-

aaa

Quatuor genera hominum

Questio.

los. et subdit. p̄ valde bonis non est oran-
dum. quia iniuriam facit martiri qui p̄ mar-
tire orat. nec p̄ valde malis. sed mediocriter
bonis p̄sunt ecclesie suffragia ut citius libe-
rantur ab igne purgatorij et mediocriter ma-
lis proficiunt ad hoc micus puniuntur nun-
quam tamen liberantur. **Sustinendo** ta-
men sine preiudicio hunc modū potest p̄ba-
biliter responderi. **Ad** rationes p̄ et contra
motas **Ad** primam que arguit q̄ pena pur-
gatorij et pena inferni sunt eiusdem rationis
et dicendum q̄ non est verum. quia illi qui
sunt in inferno sunt in termino dampnatio-
nis. Illi vero qui sunt in purgatorio sunt
p̄pe terminum saluacionis. **Ideo** ratione
status pena vtrorumq̄ non est eiusdem ra-
tionis et dato q̄ illi et isti possent iuari pos-
sint p̄ suffragia ecclesie non tamen eodem
modo. sed illi qui sunt in purgatorio iuan-
tur ut ex toto liberentur. Illi vero qui sunt
in inferno ut micus puniantur. **Ad** secundā
dicendum q̄ sicut dictum est illa bona p̄sunt
eis quantum ad pene sensus mitigationem
sed non quantum ad totalem liberationem
quia sunt in termino liberationis eorum.
Ad terciam dicendum q̄ ecclesia nescit
qui sunt dampnati. et qui non. **Ideo** non
decipitur dato q̄ orat p̄ illis qui sunt in in-
ferno quia nescit eos esse in inferno p̄ certi-
tudinem. dato tamen q̄ orat ut liberent de
ore leonis ecclesia tamen intendit conforma-
re orationem suam voluntate diuine secundū
quam licet. non possint ex toto liberari. po-
t est tamen eorum pena mitigari. ut dictum
est. **Ad** potest dici ut aliqui dicunt q̄ illa
oratio non est pro liberatione eorum qui
dampnati sunt. sed graciaram actio pro
illis qui liberati sunt ab illa pena. **Ad**
quartam dicendum q̄ dampnati semper
soluunt et semper paciuntur nunquam ta-
men satisfaciunt debito. eo q̄ illa satisfactio
non est deo grata cum nō p̄cedat ex radice

bbb

ccc

ddd

*An satisfactio q̄ fit p̄ modū a aliis
q̄ fit ecclesie aut deo*

*An homo possit per se deo
satisfacere*

Pena

ccc

Ad quintam que arguit in contrarium
dicendum q̄ licet in inferno non sit redemp-
tio caritatis et toto liberans. tamen est ibi
redemptio alicualiter mitigans. et relevans
Similiter dicendum ad sequentem rationē
q̄ licet illi qui sunt in inferno nō sunt sub iu-
risdictione pape. quantum ad pene totalem
liberationem sunt tamen sub iurisdictione
sua quantum ad illius pene mitigationem.
aliqualem saltem ad illos qui meruerunt
bona ecclesie sibi applicari p̄ bona que fece-
runt dum viuerunt in corpore existentes in
gracia dato q̄ finaliter cum culpa decesse-
runt. **Duodecimum** dubium an satisfac-
tio que fit per indulgentiam aut alias debe-
at fieri ecclesie aut deo. **Respondeo** q̄ deo
proprie. nam cum quis peccat ad eternam
penam se obligat cum autem enim miseri-
cordia dei iustificat remittit ei omnem culpā
et reatum pene eterne qui inseparabiliter ad-
beret culpe. sed quia preiudicare non potest
iusticie cuius est mala punire. **Ideo** sic ab-
soluit ab eterna pena ut tamen non remane-
at obligatus ad aliqualem temporalem penā
sed quoniam deum offenderat et eius eccle-
siam dampnificauerat commisit dominus
iudicialiam potestatem super peccatores ra-
tionibus ecclesie et i eos compromisit. tanq̄
in arbitros ut sic eius voluntas penitenti-
bus p̄ presbiteros manifestetur et pena im-
ponatur. et sic satisfaciatur deo principaliter
et ex consequenti ecclesie. **Unde** satisfactio
proprie fit deo tamen p̄ ecclesiam et in ec-
clesia. **Unde** anselmus dicit q̄ satisfactio
est honorem deo debitum impendere.
Sed diceret quia tanta potest esse con-
trictio in aliquo q̄ omnem penam remittat
et culpam et si sic tunc deus nichil satisfac-
tionis exigeret. et tamen tali venienti ad cō-
fessionem etiam p̄ indulgentia plenaria sa-
tisfactio imponitur. **Igitur** videtur q̄ satisfac-
tione non fiat deo sed ecclesie eius sponse **Re**

fff

*Sed p̄d
et eo q̄
certū*

bbb

Spondeo q̄ verum est q̄ tanta potest esse cō-
trictio q̄ totum remittitur. **Sed** quia hoc nō
constat ecclesie. **Ideo** debet inponi aliqua
pena satisfactoria a presbitero. **Si** vero
presbitero constaret omnino satisfactum
non deberet aliquam penam imponere sed
eam absolutum ostendere et. **Decimum**
tercium dubium an homo possit deo satisfacere
p̄ peccato. **Respondeo** hominem satisfacere
deus potest dupliciter intelligi aut cum
adiutorio alterius aut sui eo. **Primo** modo
dicendum q̄ homo potest satisfacere deo i vir-
tute meriti x̄pi cuius homo est particeps p̄
veram fidem. **Secundo** autem modo homo
deus satisfacere non potest. **Unde** secundum
augustinum in Ench. versus finem nec anti-
quorum quicunq̄ iustorum preter fidem
x̄pi salutem potuit inuenire homo p̄ se deo
equale non potest rependere nec hoc ab eo
exigitur. **Sed** si fecerit illud quod potest p̄
ab eo non exigitur. **Sed** diceret contra
grauius est peccatum actuale mortale quam
originale. sed nullus purus homo satisfacere
potuit p̄ originali secundum anselmum
scdo li. cur deus homo igitur et. **Respon-**
deo licet peccatum originale non sit ita gra-
ue p̄one sicut actuale mortale. est tamen ma-
gis grane nature. quia inficit non tantum
personam sed etiam naturam. ita q̄ perso-
nam medfante natura. et ideo p̄ illo non po-
tuit satisfacere nisi aliquid preponderans to-
ti nature humane. qua propter p̄cludit an-
selmus scdo li. cur deus homo. c. vij. qua-
re illum qui sanctificatus erat p̄ primorū
parentū peccato oportuit esse p̄fectū deū et
hominē purū enim homo toti nature huma-
ne p̄p̄derare nō potuiss. **Pōt** etiam al-
ter dici q̄ p̄ peccato originali x̄ps solus satis-
fecit unde a nobis non exigitur satisfactio p̄
originali sed tantum baptismi susceptio per
quem homo primo efficitur particeps
meriti christi pro actuali autem mortali

bbb

lll

kkk

*q̄ deo
et p̄na
participat*

*ai le e
p̄na
participat*

An deus possit remitti peccatum
sine aliqua satisfactione

Questio.

III

quam satisfactione meriti xpi requiritur de lege quoniam aliqua satisfactio puniens non propter imperfectionem meriti xpi sed quia deus vult et propter sui honorem et propter hominis utilitatem ut per his que voluntate propria committimus vel obmittimus voluntate propria satisfactionem aliquam faciamus ut dicit Rich. Dubium decimumquartum. An deus possit remittere peccatum sine aliqua satisfactione. Respondeo dicendum quod de remissione peccati prout loquitur dupliciter. aut de lege communi. aut speciali. Primo modo secundo cum omnia nunquam dimittitur actuale mortale sine aliqua satisfactione. quia ad hoc semper requiritur actus penitendi in quo principalior pars satisfactionis consistit. Secundo modo dicitur etiam multi quod nullo modo actuale mortale potest a deo sine satisfactione remitti. quia deus peccatum tale non potest dimittere sine infusione gratie. et quia homo mortaliter peccando oculum anime claudit ideo lumen gratie ad eum intrare nequit. nec potest nisi aperiat per actum penitendi. sicut nec lumen solis potest intrare domum nisi aperiat fenestra. Et per hac responsione videtur esse Augustinus super iohannem. omelia. lxxij. super illud iohannis. ix. maiora horum faciet dicens cum ex impio fit iustus salutem operatur xps in illo sed non sine illo. Et etiam anhelmus cur deus homo. c. igitur. Si peccatum non punitur inordinatum dimittitur. Et contra hoc aliqui arguunt sic. Omne effectum quem potest facere deus mediante causa efficiente scilicet facere potest sine illius operatione. sed preparatio gratie quam in se facit peccator penitendo est principaliter a deo mediante operatione penitentis que est causa secunda. Unde dicit Augustinus. ix. de tra. c. liij. quod merita nostra dona dei sunt ergo preparacionem illam potest deus facere in peccatore non mediante aliqua actione ipsius peccatoris. Unde sine iudicio videtur quod

quamvis homini. quam dicitur sit in actu peccati mortalis peccatum non possit remitti tamen homini obdormienti in peccato mortali deus possit si vellet habitum caritatis infundere. Et sic peccatum dimittit quicquid enim est in peccatore dormiente bonum est excepta de fornicatione peccati. que nichil aliud est quam carencia boni debiti in voluntate ut notum est etc. Nullam autem bonum prohibet animam suscipere caritatem. et licet malus actus voluntatis quo peccator privatur se bono debito prohibeat dum durat animam suscipere caritatem tamen carencia boni debiti prohibere non potest animam suscipere boni debiti oppositi. si fuerit agens quod restimat. Sic nec carencia luminis in aere potest prohibere aerem a susceptione luminis cum sol irradiat. alias enim pueri non reciperent debitam iusticiam qua ante baptismum carerent. Et sic deus si dormienti peccatum dimitteret nullam iniusticiam faceret. Auctoritates vero per alia via idcirco intelligi possunt de remissione secundum legem communem. et supposito quod in peccatore nec in alio pro eo esset punitionem peccatum. Aliquid autem facere ex privilegio speciali et raro iusto ordini non derogat quod tamen communiter factum derogaret. Unde si quandoque rex ut ostendat plenitudinem sue potencie et benignitatem sue elemencie ut magis timeatur et diligatur parcit aliquando homini scelerato non derogat iusto regimini seu regni. immo proset quantumvis quod tamen sepe factum derogaret quicquid etiam iuste et in casu parcere potest filio scelerato cuius pater voluntarie mortem sustulit pro utilitate regni. Sic similiter dicitur quod si deus ad ostendendam suam omnipotentiam et summam sue benedictis misericordiam aliquando dimitteret alicui sine satisfactione peccatum. nullam iniusticiam faceret. Quia sicut dicit anhelmus per sol. c. liij. ad rom. Cum punis malos iustum est. quia illos

An sit possibile deo paritari
de uno peccato sine alio

Questio.

Pauli gregorii
ep. q. lxxij

lmm
de. s. p. xi

nnn

